

The Liber Pharetrae Project

Liber 3: De periculosis Caput 1: De voluntate (15)

Bernardus, *super Cantica*:

Si in die jejunii mei invenitur voluntas
mea, non tale jejunium elegit Sponsus;
nec sapit ille jejunium meum,
quod non liliū obedientiae,
sed vitium propriae voluntatis
decoxit.

Ego ergo non solum de jejunio,
sed de silentio, de vigiliis, de oratione,
de lectione, de opere manuum,
postremo de omni observatione monachi,
ubi invenitur voluntas sua in ea, et non
obedientia magistri, idipsum sentio.

Etenim
si in die ieiunii mei inveniatur voluntas
mea, non tale ieiunium elegit Sponsus,
nec sapit illi ieiunium meum,
quod non liliū oboedientiae,
sed vitium voluntatis propriae
sapit.

Ego autem non solum de ieiunio,
sed de silentio, de vigiliis, de oratione,
de lectione, de opere manuum,
postremo de omni observantia monachi,
ubi invenitur voluntas sua in ea, et non
oboedientia magistri sui, idipsum sentio.

Bernardus Claraeuallensis, *Sermones
super Cantica canticorum*, 71.14 (SBO 2,
J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais
eds., pp.223-4, ll.25- 26, 1-4).